

lib. 48. dicitur, locum furem a sacrilego discernere. *Bals. Schol.* Digest. 6. tit. 13. lib. 48. est Basil. lib. 60. tit. 45. cap. 6. Subripere ex sacra æde pecunias privatas, non sacrilegium, sed furtum est. Dig. 16. tit. 19. lib. 48. est lib. Basil. 60. tit. 51. cap. 16. quod ait, locum facere, ut idem vel furtum, vel sacrilegium sit.

Ibid. Lib. 48. tit. 13. dig. 7. Sacrilegii poena pro qualitate personarum, delicti, temporis, ætatis, & sexus, gravior aut levior infligitur. Dig. xi. Sacrilegi capite puniuntur. Dig. 12. Deportatur, qui hominem in arculam includit, eamque in templo deponit, si ille de illa exiens, nonnulla de templo suffuretur. Dig. 16. Sacrilegii iudicium etiam adversus heredem competit: nam de sublatis pecuniis in eo est quaestio. *Bals. Schol.* Digestum 7. tit. 13. lib. 48. non est positum in Basilicis, neque xi. verum xii. est cap. 13. tit. 45. lib. 60. quod habet, ut in textu scriptum est. Similiter xvi. est cap. 16. eisdem libri & tituli, quod eadem recenset.

*Titulo III. Cap. 22.* Lex civilis eum, qui sibi mortem conscivit, aut consciscere conatus est, idque metu criminis, non autem propter morbum, aut tedium vitæ, punit, ut qui alium interfecit, ejusque bona confiscat: quemadmodum lib. 48. tit. 11. *Bals. Schol.* Tit. 21. lib. 48. dig. est cap. 3. & 4. tit. 53. lib. 60. Basilicorum, quæ eadem tradunt.

*Titulo IV. Cap. 10.* Quamquam in digesto 1. tit. 4. lib. 25. dicatur, partum esse portionem prægnantis, in digesto tamen 10. tit. 3. lib. 41. & lib. 50. tit. 16. dig. 26. quod partus, pars matris non sit. *Bals. Schol.* digest. 1. tit. 4. lib. 25. est thema 2. cap. 1. tit. 7. lib. 31. quod sic habet: Partus antequam edatur, mulieris portio est. Dig. 10. tit. 3. lib. 41. est thema 3. cap. 10. lib. 40. Basil. quod sic dicit: Partum bovis, aut ancillæ furtivæ, & furis hæres, & bonæ fidei emptori diuturna possessione usucapit: partus enim rei furtivæ pars non est. Dig. 26. tit. 16. lib. 50. est cap. 26. tit. 2. lib. 2. Basil. quod sic habet: Partus ancillæ furtivæ, ipsius pars non est.

*Cap. 13.* Qui pubertati appropinquat, ei in nulla causa